

batum vel non probatum iuxta formam statutorum civitatis Tergesti. ¶ Et quod dictum est de potestate similiter intelligatur de vicario loco potestatis.

Cap. X. De manu[s] iniiectione in potestate iudicibus vel rectoribus.

5

S tatuimus quod, si aliquis irato animo et causa offendendi percusserit vel manum iniecerit in potestatem vicarium socium potestatis iudices vel rectores, componat nomine pene libr. centum par. sine aliqua remissione, et si non fecerit securitatem de solvendo condemnationem, stet in carceribus 10
126 A communis donec solverit, et si dederit securitatem, solvere // debeat condemnationem infra unum mensem. ¶ Si vero percuserit potestatem iudices vel rectores cum perditione sanguinis, solvat comuni libr. ducentas par. et nichilominus penam statutorum de maleficio sine aliqua remissione, et si non ha- 15
buerit unde solvere vel securitatem facere de solvendo, ponatur in carceribus communis, in quibus stet donec solverit condemnationem; quam solutionem facere debeat infra unum mensem, et ¹⁾ si infra dictum mensem non solverit dictam 20
condemnationem, quod elapso dicto mense amputetur ei manus dextra; et si malefactor comprehendi non poterit, baniatur in perpetuum, de quo banuo exire non possit donec plenarie satisfecerit.

Cap. XI. De ingnominiis illatis potestati vel iudicibus sive rectoribus.

25

O rdinamus quod quicumque appellaverit ²⁾ potestatem iudices potestatis vel aliquem ex iudicibus seu rectoribus civitatis Tergesti latronem periurium falsarium vel quod falsam sententiam dederit pro precio, potestate iudicibus sive rectoribus audientibus, solvat comuni libr. viginti par.; et si 30
huiusmodi contumeliam dixerit in eorum absentia et accusatus

¹⁾ *et-mensem* aggiunta marginale. ²⁾ Aggiunta marginale.